UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum, nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia excusarum, || Pars ...

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>
Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Humiliamini sub potenti manu dei. 1. Pe. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Visual Library

infirmi in uia remanent,quos Dauid,id eſt, manu fortis,dominus ſcilicet Ieſus Chriſtus reperiẽs, ſpiritali cibo &potu refocillat,atq; eorum mentes ad cæleſtia ſitienda accendit. Et ſolet contingere, ut ipſi poſtea ad deum conuerſi,amatores mundi ſpiritali gladio increpandos feriant, cum quibus prius communem uitam in ſeculo ducere deſiderabant, qualibus per Oſee prophetam pie comminatur,dicens:Ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria:&ſequeris amatores tuos,& non apprehendes eos:quæres, & nõ inuenies eos, & dices: Reuertar ad uirum meum priorem,quia bene mihi erat tũc magis q̃ nũc. Valde aũt terribile eſt,q̊d in cõcluſione huius parabolæ dicitur:

Oſee.2.

Dico autem uobis, ꝙ nemo uirorum illorum qui uocati ſunt,guſtabit cœnam meam.]

¶ Quod omnes enim uocati ſumus, ſcimus: utrũ autem ad æternam beatitudinem deguſtãdam ꝑuenturi,ad huc ignoramꝰ. Multis enim modis uocat nos deus, per fidem,per baptiſmum, per exempla patrũ,per proſpera & aduerſa,per ſomnia & reuelatiões. Quia ergo inexcuſabiles ſumꝰ de uocatione, ſoliciti debemus eſſe neceſſe eſt in bona operatione,ne tempore iudicij a conuiuio dei excluſi, cum fatuis uirginibus fame pereuntes & clamãtes: Domine domine aperi nobis, audiamus: Amen dico uobis,neſcio uos, ſed potius cũm prudentibus uirginibus in æterna ſatietate de uiſione conditoris iugiter epulemur.

Matt.7. & 25.

¶ DOMINICA IIII. POST Pentecoſten. I.Petri.V.

Chariſſimi, Humiliamini ſub potenti ma

nu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Et reliqua.

MOdo fratres chariſſimi audiuimus beatũ Petrum apoſtolum, ad humilitatẽ nos cohortantem atq; dicentem: [Humiliamini ſub potenti manu dei.] Manus dei, poteſtas eius datur intelligi, quia in deo compaginatio membrorum non inuenitur, qui ubiq; & in omnibus totus eſt, plenus atq; perfect⁹. Sub more hominum de deo loquitur ſcriptura, ut aperti⁹ maieſtatẽ atq; potentiam ſui creatoris homines intelligant, & intelligentes quæ ſit uoluntas dei, opere complere contendant, unde gaudia ſibi ſempiterna conquirant. Sequitur: [ut uos exaltet in tempore uiſitationis.] Quia quiſquis hic in præſenti ſeculo eius ſe ſubdiderit uolũtati, & in præceptis eius aſſenſum commodauerit, & ea, quantum diuina gratia poſſe dederit, opibus adimplere ſategerit, carnis ſuperbiam conterendo, in die ultimæ retributionis exaltabitur a domino, atq; ad æternæ beatitudinis præmia perducetur.

Omnem ſolicitudinem ueſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis,] ut Pſalmiſta nos admonet, dicens: Iacta cogitatũ tuum in domino, & ipſe te enutriet. Et alibi: Inquirẽ Pſal. 54
tes autem dominum, non deficient omni bono. Et Pſal. 33.
ipſe dominus in euangelio: Nolite ſoliciti eſſe, dicẽ Mat. 6.
tes, quid mãducabimus, aut quid bibemus? ſcit enĩ pater ueſter, q̃a his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

Sobrij eſtote & uigilate.

Semp in ſobrietatate & modeſtia uitã ueſtram hã beiote, cauentes ſemper aſtutias diaboli, & uigilate iugiter in cuſtodia mãdatorum dei, & in cuſtodia animarum ueſtrarum. Sequitur:

Quia aduerſarius ueſter diabolus tãquã leo rugiẽs circuit, q̃rens quẽ deuoret.] ¶ Diabolus eñ nunquã dormiẽs, nunquã ab inſidijs hominũ requieſcens, ſed ſemp die & nocte circuit tentando & inſidias ponẽdo hominibus, qualiter quẽquam illorum, qui dei uoluntati ſubiecti ſunt, ſua ualeat ſuggeſtione decipere [quærens quem deuoret,] non corpore ſed anima, quemcunq; ad nocua & inutilia ualeat pertrahere carnalia deſideria.

Cui reſiſtite fortes in fide.

¶ Exẽplo Chrĩ & ſanctorũ eius, cõtemnentes dulcedinẽ carnalis concupiſcentiæ, recordantes iugiter qđ ſit illis amaritudinis p̃paratum, q deſiderijs terrenis inſeruiũt, nec cõuerti a malitia ſua p pœnitentiã uolunt. Nos ergo fideliter dño adhærere ſatagamus, eiusq; p̃cepta iugiter meditemur, carnis noſtræ deſideria cõteramus, & reſiſtamus fortiter diabolo hoſti nequiſſimo, in fide recta, in ſpe firma ad dei oĩpotentis miſericordiã, in charitate pfecta ad ſeruitium eius opibus miſericordiæ & pietatis, ut eius largiente gratia, mereamur & de hoſte triumphum, & ęternæ beatitudinis pręmium.

Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto] per incarnationem unigeniti filij ſui, quem pro mundi miſit mori ſalute. [Modicum paſſus] qui in hoc mundo, q̃uis modici tẽporis, multas ſuſtinuit pro nobis iniurias, ad ultimũ etiã crucifixus & occiſus

eſt, ꝓ redēptione noſtra, & mori dignatus eſt pro nobis. Modicūq; tēporis retentus a morte, ſtatim ſurrexit tertia die. [ipſe ꝑficiet,] in nobis bonū q̄d cœperat, noſq; in ſua ſemper uoluntate, & in diuina religione [confirmet & corroboret.] in perſeuerantia bonorum operum.

DOMINICA IIII. POST PENTECOSTEN. Lucæ XV.

In illo tempore Erant appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores, ut audirent illum. Et reliqua.

SIcut uni⁹ peccatoris caſus multos ad deſperationem trahere ſolet, q eius malū exēplū imitantur, ſic unius recuperatio multis ꝓdeſt ad ſalutē, q̄d in exordio huius lectionis facile cōprobamus, ſi ſuperiora huius euangelij ſolicite conſideremus, Vt eñ euāgelicus ſermo ſupra retulit, Tranſiens Ieſus, uidit hominem ſedentem ad telonium, noīe Leui, qui & ipſe princeps erat publicanorum, & uocauit eum. At ille relictis oībus ſurgēs, ſecutus eſt illū. Et fecit ei cōuiuium magnum in domo ſua, & erat turba multa publicanorū recumbentium cum eo Ergo publicani & peccatores uidētes principē ſuum tā benigne a deo nō ſolum receptum, ſed etiā in ordinē apoſtolatus uocatum, tandem reſumpta fidutia, Luc. 5. Matt. 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN